Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26218
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Non enim curat loquendo quid prosit sed quid apparet. nec studet
ut malum quod cernit corrigat sed bonum quod sentit ostendat.
Unde bellum quoque spiritus elationis extensis se se intra silen
tii claustra non capiens. ait. Plenus enim sum sermonibus. Ico
artat me spiritus ventris mei. Juentus mis quasi mustum absque
spiraculo quod lagunculas nouas disrumpit. Quod si spiritalem
intelligere debemus. hoc loco uidelicet uentrem sinum cor
dis appellat. In musto uero sancti spiritus feruor accipitur. Deque in
euangelio dns dicit. Vinum nouum in utres nouos. Exque dum re
pente repletur apli dum linguis omnibus loquentur. aiudeis
nescientibus sed tamen uerum attestantibus dictum est. Hi musto
pleni sunt. Lagunculas uero infirmas ipsas humanas esci
entias vel certe hec trena corporis uascula nunc cuenient
accipiunt. de quibus paulus apls dicit. Habemus thesaurum istum
in uasis fictilibus. Helium autem quia sicut superius dictum est in
flatione elationis extendit. ac si ad loquendum per caritatis gratiam ardore sancti spiritus accendatur. sensus sui spiritum in
eo quod tacuit quasi musto absque spiraculo comparauit.
Et bene ait quod lagunculas nouas disrumpit. quia sancti spiritus
feruor non solum ueteris sed etiam noua utra uix capitur. Qui
tum quoque lagunculas nouas disrumpit. quia feruoris eius po
tentia etiam spiritalia corda transcendit. Loquar et
respirabo paululum. aperiam labia mea. Respondebo.
Bene ait respirabo. quia sicut labor iustique est uidere puta
nec corrigere. ita grauis est labor arrogantium si quod
sapiunt non ostendant. Vim quippe intrinsecus estuantem
ferre uix possunt. si omne quod sentiunt paulo tardius innotescunt. Unde necesse est ut cum res bona agitur.
prius eius elatio in corde uincatur. ne si a radice misere
intentionis pdeat. amaros neque fructus pducat.